



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

289. feria 3. de ejus actionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO CCLXXXIX.

Feria 3. Domin. 17. post Pentecost.

De ejus Actionibus.

Aspiciam Dominum JESUM non dimi-
diato amore nos diligentem, & animam
pro me ponentem. Petam eum imitari.

Conf. 1. Actionem amoris Dei, ad quam
nos invitat D. August. serm. 52. de temp.
Amate Deum, nihil melius invenitis; esse 1.
quã volo Deo omnia bona sua, omnemque
perfectionem, quam habet, propter ipsum
Deum, non propter meum lucrum. 2. Quã
alimo summè Deum, & omnibus rebus an-
tepono, ita, ut propter honorem, aut bene-
placitum ejus omnia creata contemnam, di-
vicias, honores, voluptates, me ipsum, vitam,
salutem. 3. Quã gaudeo, quòd Deus possi-
deat sapientiam, pulchritudinem, omnem-
que perfectionem, quòd eum Angeli ado-
rent, quòd eidem justi in terris serviant, &
universa creatura gloriam ejus enarret,
eique sit subjecta.

Conf. 2. Actionem amoris. 4. Quã desidero
Deum summum bonum agnosci ab infide-
libus, idololatriis, paganis, hereticis, & Judæis,
utque ego cum omnibus peccatoribus ad
obsequium redeam, & justi in omni virtute
proficiant. 5. Quã doleo de omnibus pecca-

512 *Feria 4. Dom. 17. post Pentecost.*
tis proprijs, & alienis, magnis, & parvis, præ-
sentibus, præteritis, & futuris; quia Deo di-
splicent, & tam amabilis Gubernatoris le-
gem infringunt, ejusque voluntati contra-
dicunt. 6. Quà statuat firmiter omnia ejus
mandata custodire, consilia servare, inspi-
rationibus acquiescere, & omnes ad idem
adducere. 7. Quà subijcio voluntatem meam
divinæ in prosperis, & adversis, in tempore,
& æternitate, assurgamque, ut potero ad u-
niendum me Deo, summo, & æterno Bono, à
quo sum, ad quod tendo, in quo mea omnia,

MEDITATIO CCXC.

Feria 4. Domin. 17. post Pentecost.

De Observantia amoris divini.

Vldebo in manu Domini librum conti-
nentem Legis mandatum magnum, o-
mni melle dulcius, & omni suavitate suavius.
Petam hanc legem reponi inter ubera mea,
Conf. 1. Quomodo mihi legem amoris ser-
vandam proponat Deus, & se ipsum in præ-
mium promittat; quia, ut ait Augustinus
serm. 16. de Ver. Apost. *Omnino non me sa-
tiaret DEVS, nisi promitteret mihi se ipsum.*
Ideòque 1. diligam Dominum ex toto corde
meo, anteponendo eum omnibus donis ejus,
nullamque creaturam præter aut contra vo-
luntatem ejus amando, quæ ei displicent
abijcien-